Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



LIII. Sequit mattheus. Uenit autem ihs in partes caesareae philippi
et interrogabat discipulos suos dicens. Quem medicunt homi
nes. ee. filium hominis. At illi dixerunt alii iohanne bap
tista. alii autem helia. alii uero hieremia aut unum
ex prophetis et cetera usq: ad illud ubi ait. Et quodcumq:
solueris super terram erit solutum in caelis. hoc eodem pene
ordinem marcus nauit. sed interposuit primo de caeco
inluminato quod solus ipse commemorat de illo quid ait dno.
Uideo homines sicut arbores ambulantes. lucas autem
post miraculum illud de quinq: panibus hoc recordatur
atq: inseritque uiuus recordationis ordo sicut superiam osten
dimus. nihil repugnat ordini istorum. sed potest illud
mouere quod lucas dnm interrogasse discipulos suosque m
illum dicerent homines. Tunc dixit cum esset solus et ad
essent et iampsi. porro autem marcus in uia dicit illos hoc
ab eodem interrogatus. sed eum mouet quinam quamoriant
in uia. tam diuisse me recolo nequis arbitretur quod hic
petrus nomen accepit. ubi ait illi. Tu es petrus et super hanc
petram edificabo ecclesiam meam. nomen accepit hoc nomen nisi ubi
iohannes commemorat et dictum. ee. Tu uocaberis cephas. qd in
terpretatur petrus. Unde nec illo loco ubi marcus duodecim disci
pulos nominatim commemorans dixit appellatos iacobum et iohannem
filios tonitrui arbitrandum est nomen accepisse petrum. quia dixit
illic qd imposuerit ei nomen qd uocaretur petrus. hoc enim
recolendo dixit non quod tunc factum sit. LIIII.
Sequit matths et dicit. Tunc cepit discipulis suis ut nemini dicerent
quia ipse esset ihs xps. Ex inde cepit ihs ostendere discipulis suis
quia oportet eum ire hierosolima et multa pati a seniori bus
et scribis et cetera usq: ad illud ubi ait. non sapis ea quae di
sunt. sed ea quae hominum. hoc eodem ordine subnectunt
marcus et lucas. sed lucas de petro. qd passione xpi contra eum dixerit
tacet.